

**Princeps Christiano-Politicus Septem donis Spiritus sancti  
instructus Anno M.DC.LVI.**

**Faust, Reinhard**

**Herbipoli, 1667**

Caput III. Sapientiæ Taciturnitas.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55326](#)

tus esse esse esse esse esse esse

## CAPUT III.

*Sapientia Taciturnitas.*

UT benè beateque rem publicam gubernet sapiens, parcè loquatur oportet: præcipua namque vis & energia gubernatricis sapientiæ in sermonis parsimonia consistere videtur: Parcè loqui principum est. Ipse Creator omnium verbo produxit omnia: semel locutus est Deus, & vim universæ potestatis & misericordiæ docuit regium Psalten: salutis nostræ vindicem & assertor Christus quam nervosè, tam succinctè inimicorum dicacitatem repressit, & amicorum taciturnitatem eru-

A s diit.

dit. Quoties ille veterum Politicorum Princeps Moyses populi sui murmura tacerendo compescuit? Quoties Propheta regius ad regni sui conservationem, animos, ne verba protruderet, compressit? Ulysses pectore, non ore loquebatur; Epaminondas Scientiarum plenus, penè nihil, ne animi sensa adverterentur, vocis emittebat; Augustus Cæsar, ne mentis conceptus in senatu ad aures elabi sineret, quod scripto commiserat, tantum proferebat. Tacere qui didicit Princeps, & subditos & ministros docuit timere: taciturnitas talenta auget, non prodigit; lingua clavis animi dum thesauros aperit, furibus exponit; cor

Princ-

## DE SAPIENTIA. II

Principis, quod lingua interprete non utitur, manet inscrutabile: frequens linguæ usus justi ordinem turbat, in Principe perturbat & conturbat omnia. Quòd si loquendum est, secreta certè mordicùs sunt custodientia: Neminem habeat tam charum Princeps, tanto donatum privilegio neminem, quem non celet vel illud secretum, à quo reliquorum omnium dextera ad mentem propriam dependet explicatio. Cæcilius Metellus, si subculâ, quam gestavit, cogitationes à se exagitatas penetrasset, actutum Vulcano consecrasset. Parcè igitur loquendum est Principi, & strenuè laborandum. Uti enim multam mali-

A 6      tiam

## 12 DISCURSVS I.

tiam docuit otiositas , ipsiusque  
pestilentissimę matris filię: igna-  
via, segnities, locordia, fatalis-  
que rerum agēdarum sive som-  
nus, sive torpor regnorum exci-  
dia pepererunt : ita multorum  
firmamenta seditiosa linguae  
flabella infregerunt.

## CAPUT IV.

*Sapientiae Intentio.*

**O**perandum est Principi se-  
dulò , & accuratiùs gran-  
dium operationum intentiones  
contegendæ. Deus, Deus ab-  
sconditus est , & decretorum  
fūorum participem facit nemi-  
nem ; à voluntatis suae secretis  
constituit neminem , nefilium  
quidem